



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

LIX. Conradvs. XXXVIII. Arch. XXII. Elector.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

ne utendum ratus, cum Colonia civibus ad lites pronissimis res magni momenti varias discussit atque composuit. Sedit ab an. 1225. usque ad an. 1237. turbatissimis in Imperio temporibus.

LIX. CONRADVS, XXXVIII. ARCH.
XXII. ELECTOR.

Conradus Comes de Höchsteden per annos 24. difficultates tulit & ærumnas maximas; à Wilhelmo quippe Juliaensi Comite captus, novem mensibus in durissima captivitate delituit. Annos ætatis suæ ultimos potissimum consecravit ingentis operis & pretii templo, Divorum Magorum honoribus consecrato. Suorum temporum Salomonem dixerunt multi Conradum: Salomonis tamen opera aut facinora posteritati legenda non ritè scripserunt, si ædem excelsam demas, de qua Poeta ita canit:

Conradus summi struxit fastigia templi,
Atque Ubia Salomon alter in urbe fuit.

Morti succubuit an. 1261.

LX. ENGELBERTVS II, XXXIX.
XXIII. ELECTOR.

Engelbertus Comes de Valckenburg circa annum 1260. Imperio Romano inter seditiones & cædes publicas lugente, luxit & ipse sortem suam tristissimam, cum Colonia cives urbem patriam in libertatem plenissimam asserturi tentarent extrema omnia, Bonnæ interea violenta remedia meditante Engelberto, Stratagemate & cuniculis Colonia expugnationem tentandam esse, unà cum Electore rati non pauci, sibi tumultum struxerunt, dum concubia nocte per occultos terræ meatus ingressi, sed simul à foedifrago socio proditi, ad unum omnes sunt enecti, ipso Electoris fratre desiderato. Amicis igitur consiliis,

Y 3

non